17.   + 1247.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
Archiepiscopo Pruscie, Livonie, et Eustonie
Apostolice Sedis Legato
Salutem et Apostolicam Benedictionem

Sacri pallii usus conceditur in Russia.

Exigentibus tue devotionis meritis, in hiis que digne postulas, fraternitatem tuam libenter exaudimus. Tuis itaque supplicationibus inclinati utendi palleo in partibus Russie et Ecclesie Lubicensis, quam tibi commisimus, plenam tibi concedimus de speciali gratia facultatem. Hanc autem indulgentiam ad tuos extendi nolumus successores, ipsam te cedente, vel decedente, carere iuribus decernentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

paginam nostre concessionis infringere, vel ei au=
su temerario contraire. Siquis autem &c. Da=
tum Lugduni VII. Idus Septembris Anno V.

// // // //

Descriptum, et recognitum ex autographo Regesto Literarum apli=
carum f. r. Innocentii PP. IV. An. V. ep. 207., quod adservatur
in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem &c
Dabam VI. Kalendas Junii MDCCCXXXVII.

ARCHIVUM SECRETUM APOSTOL. VATICANUM

M. Marini
Tabularior. S. R. E. Praefectus